



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Virtvtvm Adeptione, Siue De Instrvmentis  
Assequendæ Virtvtis libellus R. P. Iacobi Alvarez De Paz  
Toletani è Societate lesv**

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

§. 4. De Magnificentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46634](#)

De Magnificentia. §. IV.

**M**agnificentia est virtus, qua ob Dei honorem, in magnis & utilissimis operibus magnos sumptus facimus, & ingentem vim pecuniae profundimus.

*Aug.li.83.* Quod innuit Augustinus dicens: Est rerum magnarum, & excelsarum, cum ampla quadam & splendida proposione, cogitatio atque administratio. *Eta-*

*Basi hom.* pertius Basilius: Qui magnificas, in.

*in Psa.28.* quit, De Deo cogitationes habent sublimes item de rerum creatione rationes speculantur, huc etiam quatenus potuerunt incubere, ut bonitatem diuina prouidentiae qualicunque intelligentia consequerentur: ad hos in faciendo sumptu minime illiberates aut sordidi, & in alleuanda fratrum necessitate munifici.

*ij demum sunt magnifici, in quibus vox*

*Domi ni sibi elegit domicilium,*

Incitamenta ad Magnificentiam sunt: I: Deus pro nobis redimendis magnos sumptus fecit, qui non auro vel argento, sed sanguine sui Filii, in infinitum pretiosiore, nos in libertatem afferuit. *Scientes, inquit Petrus*

*1 Pet.1.  
18.19.*

*Apostolus, quod non corruptibilis*

*aurum.*

auro vel argento, redempti estis de va-  
na vestra conuersatione paternæ tradi-  
tionis, sed pretioso sanguine quasi agni  
immaculati Christi & incontaminati.  
Quid ergo multum, si nos propter il-  
lum ex bonis suis, quæ recepimus,  
magnos sumptus faciamus?

II. Deus etiam hominem magnifi-  
cum fecit. Nam magnificauit Dominus Psal. 124.  
facere nobiscum, facti sumus lætantes. 3. Greg. 8.  
Et Gregorius ait: Deus hominem mag- mor-  
nificat, quia largitate rationis ditat,  
quia infusione gratiæ visitat, quia hono-  
re collatae virtutis exaltat, quibus anima  
maxime reficitur, quia magno animo-  
& rationali nihilest magnum, nec fa-  
tiat eum nisi solus Deus, qui est immē-  
sus. Debet ergo qui magnificus est, opera  
magnificentia præstare...

III. Quanto pro Deo plura & ma-  
iora insumimus, tanto ditiores effi-  
cimur, quia pro temporalibus ferè  
nullius valoris spiritualia immensi  
pretij recipimus. Hoc autem ad eò ve-  
rum est, ut Paulus de his, qui præci-  
puum opus magnificentiae faciunt, & 2. Cor. 6.  
omnia pro Christo dimittunt, dicat: 10.

Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Et Dominus: Centuplum accipient, & vitā eternam possidebunt.

Actiones Magnificentiae sunt: I. In operibus magnis & splendidis, ut in ædificiis Ecclesijs, monasterijs, collegijs, & in alijs ædificijs secularibus, ad splendorem reipublicæ pertinentibus, magnos sumptus auri, argenti, gemmarum, & pecuniarum facere.

II. Affectum immoderatum ergas has magnas opes, qui earum profusionem impedit, moderari.

III. Magnis sumptibus, id est, dimissione omnium rerum, gemmam perfectionis coemere.

IV. Ne ipsos, qui omnes sumptus externos superamus, in veræ virtutis adeptionem, & in magnorum propter Deum operum molitionem, insumere.

Postulatio Magnificentiae: Domine Iesu Christe, qui es magnificus in sanctitate, terribilis, atque laudabilis, & faciens mirabilia, quaque in conuictu corporis & sanguinis tui magnificentissimus apparuisti, dū te ipsum, infiniti-

infiniti valoris thesaurum ad nos ci-  
bandos & potandos donasti: effundē  
super nos spiritum, diuitiarum con-  
temptorem, vt sicut te inspirante o-  
mnia voluimus dimittere, ita parati  
simus, si omnes mundi gāzas nunc ha-  
beremus, propter tuum amorem ero-  
gare. Amen.

## De Patientia. §. V.

**P**atientia est virtus, qua mala huius  
sæculi æquo animo sustinemus, ita vt  
propter illa, nec interius immoderatè  
turbemur, aut tristemur, nec exterius a-  
liquid minus honestum minusve deco-  
rum admittamus. Mala huius virg, que  
patientia sustinet, sunt mortes paté-  
tum, filiorum, cognatorum, amico-  
rum: moibi, exilia, damnna, iniuriæ,  
cōtumeliæ, & cætera huiusmodi, que  
possunt accidere. Patientis igitur est,  
in his euentibus, tristitiam, mœro-  
rem, & afflictionem moderari, ita vt  
mensuram rationis non excedat, nec  
ad aliquid illicitum ad depulso-  
nem malorum inducat. Est etiam:  
verba, & gestus, & alias externas a-